



**A**lbertus patre Cazimiro Marchione Bran-  
 denburgense, matre uero Susanna ducissa Ba-  
 uariae natus est, anno 1522. Cum eius pater ipso adhuc  
 puero existente 1527 moreret, Georgius patruus e-  
 ius tutelam suscepit, atque Albertum honeste & libera-  
 liter educauit. Erat Albertus multis animi et corpo-  
 ris uirtutibus imbutus. in primis uero armorum stu-  
 die secutus, a teneris annis sese luendo et equitan-  
 do exercuit, atque tandem Georgio tutore permitten-  
 te paternam hereditatem adijt. Has uirtutes cum  
 Caesar Carolus in adulescente perspiceret, ipsum an-  
 te alios amauit, & cum eo humanissime aliquoties  
 de rebus contulit. Bello etiam Gallico anno 1544  
 eum in suis castris secum cum 1000 equitibus habuit, eius uirtutem plurimum  
 admiratus. Postea etiam cum bellum Germanicum exoriretur, anno 1546 ip-  
 sum Albertum equitatum Germanicum pro se conscribere iussit. id quod Al-  
 bertus gnauiter peregit, praesertim cum Caesar affirmaret, bellum illud non re-  
 ligionis, sed rebellionis causa susceptum, atque Iohannes Marchio electoris fra-  
 ter & suus patruelis sese quoque Caesari coniunxisset. In eo bello anno aetatis 24  
 suam fortitudinem declarauit, atque res sibi commissas fortiter expediuit. Itaque  
 eius belli laus, quae Caesarem secuta fuit, non parum quoque ad Albertum redun-  
 dare constat. Postea cum elector Ioannes Fridericus domum redisset, atque in  
 Saxonia ferè uictor esset, ita ut Mauritius dux Caesarem de auxilio sollicitaret,  
 Carolus hunc Albertum in Ianuario anno 1547 praemisit, atque 1500 equites & 10  
 signa peditum adiunxit. Id cum elector cognouisset, magnis uiribus hunc sup-  
 primere conatus est. Itaque Rochlicia à prima luce ad meridiem usque pugnatum,  
 atque Albertus multitudine superatus, & captus fuit. Verum altero statim men-  
 se, cum Elector à Caesare caperetur, Albertus liberatus, & omnia ablata cum  
 foenore restituta fuerunt. Hanc eius operam Caesar intelligens, ipsum pluri-  
 mum amauit, & in comitijs in magno loco habuit. Cum etiam Magdenbur-  
 genses decreto Imperij de religione facto minus propter conscientiam pare-  
 re uellent, atque bellum contra eos susceptum esset, Albertus in gratiam Caesa-  
 ris cum Mauritio Saxone in obsidione fuit, atque ciuibus multa damna intulit,  
 anno 1550.